

www.e-rara.ch

**Commentarius brevis rerum in orbe gestarum, ab anno salutis M.D.
usque in annum M.D.LXXIII ex optimis quibusque scriptoribus congestus**

Surius, Laurentius

Coloniae, anno 1586

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RI 113

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-35643>

[Epistola dedicatoria].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

REVERENDO, NO-
BILI ET GENEROSO VI-
RO, DN. IOANNI A BRVHEZEN,
I. V. DOCTORI, SEDIS APOSTO-
lica Protonotario ; Metropolit. Ecclesiarum
Vltraieftina Decano, & Colonienfis Canonico
presbytero, nec non Cath. Regis Hispaniarū
in suo arcano Belgij Senatu confilia-
rio, Domino suo plurimū
honorando.



MAXIMAM vim esse fortune,
Reuerende, & generose Do-
mine, multas eius, volubilesq;
mutationes, in vtraque par-
tem, vel secundas ad res vel
aduersas, ethnici quondam
Philosophi crediderūt. Quā-
obrem regna, imperia, hono-
res, nobilitatem, diuitias atque opes, & qua his sunt
contraria, in casu sita, & temporibus gubernari dice-
bant. Videbant enim diuersas rerum vicissitudines, &
admirandas prouinciarum, regnorumq; mutationes,
quas soli Fortuna adscribebant, ignorantes Deum mu-
tare tempora, & etates ; transferre regna, & consti-
tuere, vt ait Propheta : eius enim prouidentia ab initio Dan. 2.
cuncta gubernat. Et quia harum mutationum causas Sap. 4.
inuenire non potuerunt, ideo Fortunam cecam, insa-
nam, & brutam appellarunt : iusto illo ac simplici Hus-
fita insipientiores, qui nihil in terra sine causa fieri dice-
bat. Regnorum etenim interitus, populorumq; collisio-
nes, magna celestis prouidentie sunt argumenta, vtilis-
simaq; Dei dispositiones. Voluit enim Deus, vt cum ho-
mines

Cic. ad
Heren.
lib. 2.

Iob 5.

EPISTOLA

mines rebus terrenis & cupiditatibus suis, heu, nimium immerſi, omnia quæ infra Lunam ſunt, mutabilia, vanitatisq; & vanitati obnoxia eſſe cernunt, nihilq; in eodem ſtatu permanere; de firmis, fixis, atq; æternis rebus cogitare, ad easq; ſpiritu atque animo aſpirare.

Huiusmodi rerum viciffitudines, etſi iam indè ab initio mundi apud Beroſum, Trogum, Juſtinum, Herodotum, Varronem, apud Euſebium item, Oroſium, Tor-
nandem, & alios legantur: tamen vix plures & maiores per omnia terrarum climata, ſimul exiſtiſſe credo, quàm nos ætate noſtra, vltimoq; hoc exulcerato ſeculo, aut ipſi vidimus, aut parentum noſtrorum fideli narratione didicimus. Vt enim bella per Galliam, Angliam, Hiſpaniam, Italiam, vtrinq; Germaniam, Daniam, totam deniquè Europam geſta præteream; quæ gens in Aſia, quæ in Africa, quæ in America ab armorum ſtrepitu, bellorumq; rabie fuit immunis? Chriſtianorum populus omni quondam humanitate, pietateq; cultus, nunc Barbarorum mores amplectitur: Barbari verò & ab omni humanitate alieni, abiecta feritate, nunc ad manſuetudinem Chriſtianam perueniunt. Fidè in qua nati, in qua educati erant Europæi, exuerunt: qui verò vltimas, & hæcenus incognitas terrarum oras habitant, eandem certatim induerunt: hic regnum Chriſti decreſcit, illic accreſcit: hic oues in lupos, illic lupi in oues cōuertuntur.

In hac tanta rerum Metamorphoſi, Reuerende, & generoſe Domine, Catholicorum noſtrorum ignauiam mirari ſatis non poſſum: vt cum videmus aduerſarios noſtros tot hiftorijs, commentarijs, & chronologijs pernicioſas Synagoga ſua propagationes, dogmata, & acta ſcribere, prædicare, & editis voluminibus diuulgare: nos tamen ignauo ocio, luxuq; diffluere maluimus hæc-
tenus,

DEDICATORIA.

tenus, q̄ honesto studio periculosisimas, grauisimasq̄
Ecclesia nostra persecutiones, concertationes, victorias,
eius decremēta, atq̄ incrementa describere, & posteri-
tati consecrare. Inueniuntur quidē non pauci, qui par-
ticulares huius atatis historias ediderunt; qui verò vni-
uersales, paucissimi. Laborauit hac in parte quondam
D. Laurentius Surius Carthusianus, vir incredibili labo-
re, eruditioneq̄ & pietate clarus; sed succinctior est, q̄
multi expectārant: non enim tam ex professo historiam
scribere voluit, q̄ Sleidani, aliorumq̄, malē Catholico-
rum commenta atq̄ errores impugnare. Eum nihilomi-
nūs ordinem, eumq̄ scribendū modū perpetuū obserua-
uit, qui plurimis hactenus placuerunt. Cū verò morte
præuentus, suū hunc Commentarium, initio anni 1574.
abrūpere coactus, vltērius non potuerit continuare; ego
me operæ præciū facturum existimaui, si subsequentiū
rerum in orbe gestarū narrationē, appēdicis loco subne-
cterē potius, q̄ opus ederē separatū; quōd sic istius Cō-
mentarij Suriani, quam nunc vsu obtinuit authoritas,
nouitiū hunc nostrū laborem cōmendaret, & noster la-
bor eundem Commentariū Lectori, ob continuā rerum
in orbe gestarū seriē, redderet gratiorem, & iam quasi
obsoletum renouaret. Ad prouinciā hanc arduā & dif-
ficilem suscipiendam, me vir integerrimus, optimeq̄ de
literis meritus, I. V. Licentiatus Geruinus Calenius in-
uitauit, qui me huc facilius induxit, quōd viderē atq̄
audirem, fidei nostræ Catholice aduersarios, in cōtinu-
ando suo Sleidano nullā operam intermittere, vt hoc
modo perniciofa ipsorū dogmata, sub falsis istis narra-
tionibus, lectori incauto cōmodiūs instillarent. Nē ita-
que Catholici rerum sua atate gestarum prorsus essent
ignari, aut eas ex hæreticorū commentarijs petere co-
geren-

EPISTOLA

gerentur, partim ex priuatis annotationibus, partim ex optima fidei quos habere potui authoribus, contextam hanc appendicem Suriano Commentario subieci.

Et si autem in optimā spem venio, futurum, vt nemo Catholicus (nā quid obganniant heretici, coniurati hostes nostri, & veritatis inimici, ne flocci quidem facio) vel in Suriū ipsum, vel in me cōuitijs inuehatur: tamen quia nil hodiē tam sanctū, tam concinnū in lucem prodire potest, quin in reprehensionem & hominū procacitatem incurrat, omnino & illi, & mihi defensore[m] parandum esse duxi, in cuius patrocinio tāquā in tranquillo portu conuiesceremus. Ad hanc rem nullus mihi N. R. T. dignior atq[ue] aptior esse visus est. Sunt quidem multa causę, cur hoc opusculū tibi potius, q̄ alteri debeatur: cū quoddā lectione historiarū, maximē domesticarum, plurimū N. T. R. delectetur, eaq[ue] huius historia non infima pars ipsa fuerit: tum quoddā vñ Carthusiani Ordinis ab ineunte etate singularis amator fuisti, ita etiā Suri[us] Carthusiani lucubrationū diligentissimus lector esse consueuisti: Tamen vnū hoc ante reliqua me mouit, quoddā acerrimū tuum iudiciū, & summę prudentiæ par authoritas, nos faciliē aduersus hypocantarū vim atq[ue] virus tueri possit. Quin & ea tua est multiplici historiarū lectione, longo rerum vsu, diuersisq[ue] quas obiisti officijs & dignitatibus acquisita experientia, vt rerū quas narramus, & testis & iudex esse possis.

Nam primum tuorum decursu studiorū diuersis in Academijs feliciter absoluto, in Illustris D. Georgij, Comit[is] Egmondani, Episcopi Vltraiectensis familiā accitus, in omnibus aulicis negocijs illi adiutor, multarumq[ue] legationum atq[ue] itinerum socius extitisti: à cuius latere nunquā discedebas. Postea verō Archiepiscopalis, & insignis

DEDICATORIA

in signis istis Ecclesia Vltraiectina Officialatus totos annos undecim summa cum nominis tui laude munere perfectus, atque inde Thesaurarius dignitate donatus, tantas deinceps & multiplices tam Ordinum quam Cleri Vltraiectinis nomine legationes magno ac singulari Ecclesia huius & communis Reip. commodo obuiisti, ut aliquot retrorsum acta tempora tui in hac palaestra simile non habuerint. In quibus quid videris, quid audieris, earum rerum, quae tunc per orbem terrarum gerebantur, quis posset facile commemorare? Ex Thesaurario tandem primarius eiusdem Ecclesia pari omnium studio & voluntate renunciatus Decanus, prouincia nostra ut apex & Statuum caput magna cum gloria omniumque congratulatione & applausu aliquandiu praefuisti. Quod quidem onus ita pro tua diligentia, cura & vigilantia administrasti, ut viris principibus, & populo peraeque charus esses. Donec Ordinum rebellionem crescente, verbe ingratam, & te tunc indignam deserens, postquam apud Amorfortios pacis atque tranquillitatis studiosos primum; deinde apud Embricenses aliquandiu exulaueras, tandem ad hanc sanctam urbem Agrippinam commigrasti. Quo in exilio, ob morum integritatem, generis splendorem, summam prudentiam, aliasque animi raras dotes, abs Rege Hispaniarum primum in arcani sui Concilii Senatu, deinde a Pontifice Max. in celeberrimum Ecclesiae Metropolitanæ Colonienfis Collegium adscitus es: ita ut etiam exul, eius semper fueris authoritatis, ut consiliorum, factorumque Regum ac Principum, nunquam fueris ignarus. Quare si quouspectus illud tuum historiarum nostri seculi scriptum appellare velit, non video qua in re peccaret. Talis erat igitur patronus mihi querendus, qui laborem nostrum ab emulorum calumnijs posset, velletque vindicare.

Præter hæc omnia, Reuerende, & generose Domine,

EPISTOLA DEDICAT.

ne, aliquid etiā amicitia nostra iam pridem cœpta, diu-
turnitate tēporis, vicissitudine officiorum, & summa be-
neuolentia aucta ad hunc diem, confirmataq; postulare
videbatur. Non ignoro quidē, te, quē admodum ipse di-
ferissimus, & in Romana eloquentia exercitatisimus
es, ita & in alijs stylum querere tersum, & omnino de-
licatum: facileq; in hac appēdice nostra aliquid inuen-
turū, tuo quod nō sapiat palato. Sed id seculo nostro in-
dulgendū puta, in quo multis rebus, multiq; vocabulis
viri debemus, quā nunq̃ Latinitate donata fuerunt. Aut
igitur loquendum erat vt multi, & barbari sumus: aut
longis periphrasibus vtendū, & obscuri fuissetmus. Veri-
tatē ipsam, summū historia robur & ornamentum, ita
per omnia obseruauimus, vt nisi decepti prius ab alijs
fuerimus, neminē decipiamus. In Italicis Italos, in Bel-
gicis Belgas, in Polonicis Polonos, in Gallicis, Scoticis,
& Anglicis, Gallos, Scotos, & Anglos sequimur: literis
verò nisi indubitata fidei & lōgē certissimis credendū
non duximus, incertis & fabulosis ferē erraticorū ho-
minū & extra suas vagātium prouincias narrationibus
contēptis atq; reiectis. Accipe itaq; Reuerende, & ge-
nerose Domine, serena fronte exiguū hoc munusculum,
& me in Clientum tuorū numero retinere perge. Faxit
Deus, vt in cursu illarū virtutū, quæ hactenus clarissi-
mē ex te eluxerunt, felicissimē diutissimeq; florere possis,
donēc tandem post seros longæui Nestoris annos in cæ-
lum commigres. Vale, 17. Augusti, quo die pax inter
Principem Parmensem & Antuerpianos est in Beueren
composita. Ex musæo meo Colonienfi.

R. N. T. obseruantissimus

Michael ab Isselt.

INDEX